Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



·XVIII·

fuisse; Sed si eiusdem epistolae uerba pen
sare uoluissent. longe aliter sentire possent;
Nec quippe scriptum est. uoce delapsa ad eum
huiuscemodi magnifica gloria; hic est filius meus
dilectus in quo mihi conplacui. atque subiungit
Et hanc uocem nos audiuimus cum essemus cum ipso
in monte sancto; legunt itaque euangelium. Et pauci
agnoscunt. qua cum uoce iste de celo uenit petrus
apostolus cum domino fuerit; Ipse ergo hanc epis
tulam scriptsit. qui hanc uocem in monte de domino au
diuit; Sed quia pauca de petro diximus. nunc si
placet ad pauli mansuetudinem conuertamur.
Et pensemus si possumus ille qui tanta ardoris est in
zelo predicationis ut apostolorum quoque primo inpar
ere et. quanta sit mansuetudinis in studio longanimi
tatis; Taceamus de eo quod ter uirgis cesus est.
quod semel lapidatus est. quod ter naufragium fec
quod nocte ac die in profundo maris fuit. Quod ab iu
deis quinquies quadragenas una minus accepit;
Minus enim animum aduersarium commouent
ea mala quae nobis ab aliis ad uersantibus inferuntur.
Hoc plus solet dolere quod apponis patimur;